Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ut vel porcos iudeos intelligimus accipere, qui non habitabant in domo, id est in ecclesia sua non requiescebant. In monumentis manebant, id est in operibus mortuis delectabantur. Nec sinunt per viam transire quin impugnant aliquem transeuntem. Hylarius. Occursus autem eorum occurrentium ad salutem voluntas indicatur. Videntes autem demones non sibi iam locum in gentibus derelinqui, ut patiantur habitare in hereticis deprecantur, quibus occupatis in mare, id est cupiditate secularem, demonum perspicacior instinctu cum reliquarum gentium infidelitate moriuntur. Vel porci sunt qui luculentis delectantur maculis, unde non quis porci more vixerit, non tamen demon accipiet potestatem nisi ad probandum, tamen non ad perdendum accipiet. Quod autem in magnum precipitantur porci, significat quod liberato populo gentium a dominatione demonum in abditis agunt sacrilegos ritus suos qui Christo credere nolunt, vera per fluida curiositate subversi. Quod autem pastores porcorum fugientes ista nuntiant, significat quosdam etiam primates impiorum, quamvis christianam legem fugiant, potentiam Christi predicatam mirantur. Quod autem magno timore perculsi rogant ut ab eis discedat, significat multitudinem vetusta sua vita delectatam honorare quidem se nolle pati christianam legem, dum dicunt quod eam implere non possunt. Hylarius. Vel urbs illa iudaici populi habet speciem, que Christi operibus auditis domino suo obviam pergit, prohibens ne fines suos urbemque contingeret. Neque enim evangelia recepit. Crisostomus.

Manifestavit Christus suam virtutem post doctrinam quando docuit eos ut potestatem habens, per leprosum quando dixit: Volo mundare, per centurionem cui dixit: Dic verbo et sanabitur puer meus, per mare quod verbo refrenavit, per demones qui eum confitebantur.

Et ascendens in naviculam transfretavit et venit in civitatem suam. Et ecce offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. Videns autem ihesus fidem illorum dixit paralitico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: hic blasphemat. Et cum vidisset ihesus cogitationes eorum dixit: Ut quid

Hic autem rursus alio maiori miraculo eos cogit confiteri equalitatem honoris ad patrem, unde ad hoc ostendens se dixit: Et ascendens in naviculam transfretavit et venit in civitatem suam. Navigium ascendit qui pedibus de mare potuit pertransire. Sed non est semper mirabilia volebat facere, ne incarnationis noceat verbum. Johannes Crisostomus. Creator autem rex orbis terre dominus postquam se propter nos infra angustavit in carne, cepit habere humanam patriam, cepit civitatis iudaice esse civis, parentes habere cepit parentum omnium ipse parens, ut attraheret caritas quos dispersisset metus. Crisostomus. Civitatem autem suam hic capharnaum dicit. Alia enim eum susceperat nascentem scilicet bethleem, alia autem nutrivit scilicet bethleem, alia autem nutrivit scilicet nazareth, alia autem habuit continue habitantem scilicet capharnaum. Augustinus. Vel aliter quod matheus scribit hic de civitate eius, marcus autem de capharnaum, difficilius colligeretur si matheus nazareth nominaret.

Iomel.

Iomel.

.N. de essu eun.